

Kreis
Steinfurt

S 179

1230.

[41

179

1230
179
Das hier eingeklammete ist im Original binnenschriftlich. Statt dieser Erbe
bunden 1242 (Reg. 42) fünf andere der Stiftung überwiegen.

Der Edle Ludolf von Steinfurt schenkt der Johanniterkommende zu Steinfurt zu einer Armenstiftung den Zehnten im Kspl. Albersloh, Bschft. West (thor West) über 5 Erben, ferner je ein Erbe in der Weiner Bschft. (Kspl. Dchtrup), in der verschollenen Bschft. Clancdorp (Kspl. Mesum) und in der Bschft. Scheerhorn (Kspl. Embtsheim, Kr. Bentheim), den Hof Tenning (Kspl. Greven, Bschft. Westerrode), den Monekenkotten (unbekannt, dafür 1242 Bekeheim, Beikenfötter im Kspl. Emsdetten, Dorfbischft.) und die Erben Lambert zu Ostenfelde (Bschft. Westerrode, Kspl. Greven), Diekmann oder Lumbdiek (? Kspl. Emsdetten bezw. Greven), Rölver oder Rofing (? wohl Kspl. Nordwalde, Bschft. Suddorf) und Halsendorf im Kspl. Nordwalde, Kirchbischft. Vergl. Reg. 42 und I. Rep. C. V. Reg. 1, 2, 4. S. 53 (541*)f.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolphus dictus de Stenvordia omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quanto gratiora esse censentur salvatori nostro ea, que pietatis intuitu provide gesta noscuntur, tanto cautius munimentis scripturarum preavendum est, ut eorum apud posteros constans stabilisque perseveret memoria. Quam ob rem notum esse cupio tam futuris quam presentibus, quod ego Ludolphus peccatorum meorum contritione motus consilio et consensu filii mei Ludolphi et ceterorum amicorum meorum libere contuli domui hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in Stenvordia decimam in Albrachteslo, domum in Wene et domum Clancdorp et domum Scerehorne. Preterea contuli eidem domui bona, que erga dominum E. de Volmundsten pro centum maris comparavi, curtim videlicet, que Timmenghof vocatur, domum Monekenkot [domum Lamberti Ostenveld, domum Dikus, domum Rodolphi (!) in Timmengdorp¹⁾], domum Halstendorp cum omnibus suis pertinentiis mobilibus scilicet et immobilibus, sub tali tenore, ut pro salute anime mee meorumque progenitorum necnon et successorum meorum XIII pauperes in cibo tantum et potu competenti in iam dicta domo hospitali bis in die, vero in diebus ieiuniorum [semel] reficiantur in perpetuum. Ne autem scrupulosus et excogitatus cuiuscumque versucius huius nostre devotionis possit in posterum retardari effectus, presentem paginam super hac donatione conscriptam sigilli mei appensione firmavi. Ad cuius rei firmiorem stabilitatem sigillum venerabilis domini L[udolphi] Monasteriensis episcopi cum sigillo filii mei L[udolphi] et sigillis summi magistri hospitalis in Alemannia et domini H. eiusdem domus procuratoris feci apponi. Testes huius rei sunt H. comes de Lon, Albero de Sinderen, Godefridus de Elen nobiles; Godescalkus et Rodolphus de Rene, Hartmannus et Rotgerus Scrage, Arnoldus de Willen, Henricus de Havekesbeke, Henricus de Legden et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M^occ^oxxx.

Orig. Siegel ab. Die Urk. hatte nur ein Siegel, dessen Pergamentstreifen noch erhalten sind; die übrigen in der Urkunde erwähnten 4 Siegel waren nicht angehängt, da die Schlitze fehlen. VIII. Rep. II. 1. b. 32. Nr. 50. — Rückschrift des 17. Jhdts.: